Morbio 22 (35)

In nomine domini nostri yhesu christi amen. Anno a nativitate eiusdem currente millesimo quatercentesimo tregesimo nono indictione [illegible] die sexto mensis julii. Actum in plano bugelle videlicet in domo habitacionis infrascripti nobilis Ptolomei curelle de eodem
loco presentibus testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis notis ydoneis pariter et rogatis venerabili domino presbitero francischino de comitibus et johanne eius fratre filiis [illegible] de comitibus, Stephano de lanzino et Marcho ferrario de [illegible] omnibus de
Bugella. Et pro secundo notario hiis omnibus interfuit venerabilis dominus petrus de Cutellis in iure canonico licenciatus notarius publicus de bugella. Manifestum sit et publice instrumenti serie cunctis evidenter inspecturis pateat manifestum quod in presencia
testium et mei notarii infrascriptorum personaliter constitutus Nobilis vir francischinus de zocholettis de [illegible] dictus yponegeri, ex eius certa scientia et animo deliberato et quia sic sibi placuit et placet, omni meliori modo via iure et forma
quibus melius potuit et potest, fecit et facit puram meram simplicem et irrevocabilem donacionem ad presens inter vivos perpetuis temporibus valituram et duraturam in manibus Nobilis quirici filii N. Ptolomei curelle de bugella ibidem presentis
stipulantis et recipientis pro se et suis heredibus de medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum ac eciam pro ipsum acquirendorum ac omnium eius debitorum ubicumque sint et poterunt reperiri [illegible]
Retinuit tamen in se et pro se, ac pro Ptolomeo eius patre usumfructum predictorum bonorum pro eorum vita tantum. Et ultra [illegible] super ipsis bonis ipse donator et dicta Ptolomea [illegible] possint et valeant super ipsis disponere et
ordinare usque ad florenos quinquaginta [illegible] et non ultra semel tantum. Ita et eo modo quod dictus Nobilis quiricus et eius heredes dictam medietatem omnium et singulorum bonorum ipsius N. francischini donatoris mobilium et immobilium presentium et futurorum
ac eciam pro ipsum acquirendorum ac omnium eius debitorum ut supra donatorum habeat teneat gaudeat et possideat, et quicquid libere et expedite de ipsis [illegible] faciat quicquid facere voluerit cum omni suo honore et utilitate sine contradictione predicti N. francischini
eius quod heredum et successorum et alterius persone, promittens dictus Nobilis francischinus pro se et suos heredes et successores predicto Nobili quirico solempniter stipulanti suo nomine et heredum suorum predictam donacionem ac omnia alia et singula supra
et infrascripta perpetuo rata grata et firma habere et tenere, observare et adimplere et nullo tempore contrafacere vel venire aliqua racione vel causa ingenio de iure vel de facto, Constituens ipsum N. quiricum presentem in ipsis bonis ut
donatarium in rem suam propriam volens idem Nobilis francischinus pro se et eius heredes ipsorum bonorum omnium superius donatorum esse et stare semper et in perpetuum in male fidei possessor donec et quousque predictus N. quiricus ipsorum bonorum
ut supra donatorum adeptus fuerit possessionem realem actualem et corporalem, volens quod predictus N. francischinus ipsum quiricum presumptionem aliqua in predictis bonis sibi donatis [illegible] et [illegible] presumptionis facere. Quamquidem
corporalem possessionem eidem [illegible] et eciam ex nunc prout extunc et econverso licentiam dedit et contulit sine licentia alicuius judicis vel rectoris et sine alicuius pene incursu et apprehensam perpetuo retinendi, Promittens [illegible] ab ipsa
abstinere quod ipse et predicta omnia et singula habere et tenere. Necnon dedit cessit transtulit atque mandavit eidem N. quirico omnia sua iura et actiones reales et personales utiles et directas mixtas ypothecarias et infrascriptum
sibi pertinentes et pertinentia in predictis rebus ut supra donatis. Et predicta omnia et singula habere perpetuo promittit rata grata et firma, Et ipsa [illegible] vel insolidum nullatenus revocare vel infringere causa ingratitudinis
[illegible] seu alia quavis ratione et causa. Et numquam aliqua facere dicere vel opponere exceptionem defensionem vel negacionem per quam ipsa donatio sive presens contractus possit modo aliquo revocari irritari vel annullari
Pro quibus omnibus et singulis supradictis sic firmiter attendendis et observandis, ipse N. francischinus eidem Nobili quirico obligavit et obligat omnia eius bona pignori presentia et futura habita et habenda, [illegible] et sub quolibet judice
possit et valeat conveniri, Renuncians omni fori privilegio restitutioni [illegible] et plus fuisse dictum quam scriptum vel econverso [illegible] et non sic vel aliter gestis. Et predicte donacionis ut supra non facte, Et omnibus aliis auxiliis legum et decretorum
decretalium statutorum [illegible] impetratis et impetrandis iuris quod canonici et civilis quibus se tueri posset vel iuvare, Et nichilominus predictus N. francischinus eidem Nobili quirico restituere promittit omnia dampna expensas et interesse
in quibus modo aliquo pervenerit substinuerit vel passus esset in judicio et extra. Et ad maiorem roboris firmitatem omnium premissorum iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis in manibus mei notarii infrascripti
predicta omnia et singula [illegible] perpetuo attendere et observare voluit et vult et non contrafacere vel venire aliqua racione vel causa de iure vel de facto. Preceptum de predictis fieri et tradi per me notarium infrascriptum publicum
instrumentum consilio sapientis.

Ego Simon [illegible] de Bugella publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus vocatus interfui et hoc presens instrumentum publicum per me receptum rogatus
[illegible] et [illegible] et aliis occupatus negociis per alium scribi feci et facto me subscripsi et signum meum apposui consuetum in omnium premissorum
[illegible] testimonium

1439 Juli 6

Magdeb. 22 (35)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541 5-185527066 8-14